

www.e-rara.ch

**Ioannis Oecolampadii, doctoris undecunque doctissimi, in librum Iob
exegemata**

Ökolampadius, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1532

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-73029>

Caput XXIII

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- 10 Quod sciat uiam meam, probabit me, et sicut aurū
egrediar.
- 11 Gressum eius apprehendit pes meus, uiam eius ser-
uauī & non declinaui.
- 12 Præceptum labiorum eius, nō recedam plusquam
solita mea occultaui eloquia oris mei.
- 13 Porro ipse in uno, & quis reducet eū, & anima eius
desiderat ac facit. (eo)
- 14 Quia p̄ficit id quo mihi opus, & id genus multa cū
- 15 Propterea à facie eius terreor, confidero & formido
ab eo.
- 16 Et deus molliuit cor meū, et omnipotens terruit me.
- 17 Quia nō sum excusante tenebras, & (quia non) ante
me cooperuit caliginem.

C A P V T

XXIII.

- 1 **Q**Vare ab omnipotente non sunt abscondita tē-
pora, & noscentes eū non uidēt dies eius.
- 2 Te riminos apprehendunt, gregem rapiūt
& pascunt. (uiduæ.)
- 3 Asinū pupillorū abigunt, in pignus accipiūt bucculā
- 4 Declinauerunt pauperes à uia, simul latuerunt pau-
peres terræ.
- 5 Ecce (sicut) onagri in deserto (qui) exeunt ad opus suū,
ita mane surgūt ad discerptionem, (à) solitudine sibi ci-
bū

bum & adolescentibus.

6 In agro pabulum suum metunt, & uindemiam impij succidunt.

7 Nudum pernoctare faciunt absq; ueste, & non est operculum in frigore.

8 Acopia aquarū ex montibus humectantur, & absq; opculo amplexatur petram.

9 Rapui ab ubere pupillum, & super pauperē pignus acceperunt,

10 Nudum amandant absq; uestimento, & famelicorum abstulerunt manipulum.

11 Inter areas ipsorum oleum exprimūt torcularia calcant, & sitiunt.

12 De ciuitate uiri gemiscunt, & anima occisorum uociferatur, & deus non ponit in (corde suo) orationem.

13 Illi sunt inter osiores luminis, nō agnoscunt uias eius, nec sedent in semitis eius.

14 Sub diluculum surget homicida, occidit pauperē & inopem, & in nocte erit sicut fur.

15 Et oculus adulteri obseruat crepusculum ut dicat, non uidebit me oculus & in abscondito faciem patuit.

16 Perfodit in tenebris domus, interdū obsignant eas, nescierunt lucem.

17 Sed pariter diluculum eis umbra mortis si agnouerit (quis) terrores umbræ mortis.

- 18 Leuis est superfaciem aquarum, maledicetur portio earum in terra, non respiciet in uiam uinearum.
- 19 (Vt) terra arida & æstus rapi ent aquas niuis (ita) infernus eos qui peccauerunt.
- 20 Obluiscetur eius misericors, dulcescet ipse uermi, ultra nō erit in memoria, & cōfringet sicut lignū impius.
- 21 Affligebat sterilem quæ non peperit, & uiduæ nō benefaciebat.
- 22 Et prouehebat fortes in uirtute sua, surgebat & non credebatur uitæ.
- 23 Dabant ei pro fiducia & saluificabant, & oculi eius in uiaseorum.
- 24 Exaltati parum & ipsi non (comparuerūt) & pauperes facti sunt, & sicut omnes obturati sunt, & sicut uertex aristæ succi si sunt.
- 25 Nunquid non (ita est) iam quis mendacem me dicet & ponet in nihilum uerbum meum.

METAPHRASIS HUIUS ORATIONIS.

- 2 **F**ateor quod usq; in hunc diē, animus ille meus cōsolatione destitutus, sermones alios quā amaros nesciat, & licet eiulādo pergā, manus tamen huius quæ me affligit grauitatem eiulādo & ingemiscendo neutiq; expresserim. Itaq; quemadmodū is qui magnā uim passus est, multū opto, ut scīa ubi nā sit thronus dei iudicātis, ut celerīmo cursu ad inuentū illū contendā, causam illic meā oratiōe meditata

5 meditata copiosa, & nihil qd' afferre oportet omittēte actū
 6 rus, & cogniturus, quæ mihi q̄q; respōsurus sit ē diuerso, tra-
 ctaturus enim me est non seueriter, & pro sua potentia, sed
 7 benigniter. Nam quum quisquis innocens est magna cū
 fiducia, coram illo cōparere audet, haud iniuria & ego id
 opto, & me perpetuo liberandum confido. Atq; huius uoti
 8 compos non sum: quocūq; enim me siue ad orientem, siue
 ad occidentem, siue ad septentrionem populosum, siue ad
 austrum solitudinibus uastum, uerto, nusquam iudicē con-
 9 spicio, nondum enim uult hominum opera reuelare, & no-
 tum facere mundo, quod uitæ meæ innocentiam approbet,
 10 nondum uult ostendere, & ex tribulatione hac egressum,
 auro quod ē camīno ignis educitur purgatiōrē, & quod ha-
 11 ctenus nihil mihi gratius, quā uias dei eligere, sequi, ob-
 seruare, tanto studio nē ad dextram, sinistram uē deflectā,
 12 tantaq; religione, assuetum iugo eius occalluisse, ac summa
 perseverantia nō recessisse, & nec cibi, nec potus, ulliusq;
 rei tantam habere curam, atq; ut thesauros eloquiorum dei
 in profundo cordis arcano occultē & conseruem. Quā-
 13 uis autem tanta fiducia appellem ad tribunal diuinum, à tī-
 more tamen dei, non sum alienus. Scio eius immobile iudi-
 cium, scio immutabiles promissiones, scio potentiā incon-
 14 cussam, nemo illū à pposito suo auocabit, nemo deterrebit,
 faciet, quicquid uoluerit. Poterit qui antea in me multa cō-
 tulit beneficia, addere multo plura, quod si cruciari decre-
 15 nerit, poterit ex promptuario suo inexhausto multa etiam
 alia, infligere grauius præmentia. Vnde interim à facie eius
 16 etiam contremisco, & formido plurimum. Non est enim
 mihi cor saxeum, sed multis plagis cōmolitum, terrorisq; ca-
 pax. Et si in nullo alio, certe in hoc terruit omnipotēs de-
 17 us, quod me non antea ex hoc mundo abstulit, quā tan-
 tarum calamitatū tenebris implicitus sum, & quod ab hac

me caligine non praeferuauit, proinde hinc bene cōscius bene fido, & iterum illinc illius maiestatem reuerens, nō mediocriter contremisco.

CAPVT XXIII.

NEqueo itaq; nunc o Eliphaces tecum sentire, quasi nunc iudicet mundū deus: facit em̄ perinde ignoret, quā hic gerant, imō quā veri iusti tanta patiantur, & impij impune, ac feliciter uiuāt. Nōne uides, ut terminis suis nō cōtenti, alienos inuadunt, aliorū pecora in alienis pascuis absq; metu pascunt, uiduā ac pupillis nō parcunt, aīnū quo miselli uectitant, & bucculam cuius lacte illa se & suos sustentat ut raptos abigunt. Pauperes non solū non benigne salutant, sed etiā ē uia tanto fastu detrudunt, ut nusquā occurrere audeant, turmatiq; se ad illorū occursum occultent. Nōne uides, ut primo diluculo, sicut indomiti onagri in tesqua properant se & pullos suos impinguaturi, ita illi ministris stipati praedatum eunt, quo magno in luxu familiam suam alant. Ecce statim ut seges luxuriare incipit, demetunt ex pauperū agris, pro suis iumentis pabula, & innocentissimos quosq; primos incōmodant, tardius, im
 7 pīs suae farinae hominibus molesti, tametsi ubi necessitas
 8 urget nullis propicij. Quoties spoliāt inopes, & absq; ueste ac operculo dimittūt, etiā in mediā bruma. Quoties nudos in hymbribus uidere licet, saxis se applicantes, ut uel ali
 9 qua ex parte minus madescant, quā tegentē se totos scopulum nō inueniāt. Relinquunt nonnunquā pupillis, à de
 10 uastatis parentibus, fragmēta quādam ac minutia, sed nec illa quantū uis parua, à rapacissimis illis tuta sunt, exiguntur
 11 etiā ab his qui nihil debent pignora. Adde his barbarā inhumanitatē: Ludus illis est, si frigore tremuli, incedāt nudi, & spicilegiōrū manipulos, famelicis rapiant. Hoc quasi p iure quodam extorquent, ut pauperes oleum illis in trape
 tis

tis, & mustū in torcularibus exprimāt, sicutq; interim ac fame
 12 laborent, dum quod canibus, & iumentis præstatur, homi-
 nibus negat. Et sunt id genus tyrannides quàm plurimæ in
 ciuitatibus, in quibus nonnunquā multi optimi uiri in car-
 ceres coniiciuntur, proscribuntur, flagellātur, & uarijs tor-
 mentis occiduntur. Licet autem hidu multumq; ingemi-
 fcant ac orent, deus tamen quasi contemptus illorum preci-
 bus, & fauens aliorum impietati, tantam sœuiciam non re-
 13 primit. Et tu dicis hic iudicare deum quosq; pro suis meri-
 tis? Quem dabis ex horum tyrannorū numero, cui in uo-
 tis sit, sicut mihi, adire tribunal dei? Nōne omnes ofores sūt
 lucis, & lucidas uias fugiant, & in semitis non obscuris, &
 testes admittentibus sedere caueāt? Tenebras enim amāt;
 Quod si hominum iudicia formidāt, quomodo coram deo
 14 comparebunt. Facile hoc docebunt exempla. Homicidæ
 enim obscuro adhuc diluculo pauperem nihil cogitantem
 adoriuntur & occidūt. Furibus, nox quod obscurior hoc gra-
 15 tior. Adulteri crepusculum obseruantes, faciem suam pal-
 16 lijs inuoluunt, ne uideantur. Qui parietes effodiunt, licet
 interdiu designent, quo in loco irumpere uelint, noctis ta-
 17 men ministerium deligunt. Nōne hi omnes lucem de-
 testantur, & est eis ipsa umbra mortis non tam horribilis,
 atq; illucescens diluculum, & facinora eorum detegens,
 & si quis illis obuius fortassis ueniat, terribili morte inauspi-
 18 cator est. Conspēti enim, fugam ineunt, ueloci carina
 in rapido flumine citatiores, tanta pernicitate, ut agris suis
 tanq; maledictis, uale non dicāt, & nō circūspiciāt, an cultæ
 19 sint ipsorū uinæ. Iam quale tu illorū sup̄ terrā iudiciū dixe-
 ris. Etenim nō raro, molliore mortis genere intereūt, nō diu
 ægrotātes: Sepulchris enim inferunt, sicut aquæ niuis à terra
 arida

arida in magno aestu, silenter imbibuntur, nec multam miserendi materiam amico dabunt, uermibus autem integram,
 20 dulcem, obesam, & nondum emaciatam carnem afferent:
 Deerit honesta quidem illis memoria, sed ut lignum putridum, minimo cum dolore conterentur. Et hi sunt qui
 21 uxores suas infœcundas, quibus sola sterilitas pro calamitate sufficiebat, uarijs contumelijs afficiebāt, uiduisq; nihil
 22 beneficij impendebant, nec miserebantur. Hi sunt, qui quos iam ad summa fastigia, sua prouehiebāt, mox à dignitate, leuissimam ob causam deturbabant, & nunquā de uita
 23 securos esse sinebant. Hi sunt, qui acceptis multis donis, pro seruandis amicis, eosdem rupta fide mox ut occasio obtulit, sustulerūt. Quam paruo tempore concesserunt illis
 24 latari? nōne eos iterum in egestatem redegerunt? & sicut alios cum quibus nihil habuerunt fœderis compescuerūt, & leuiter ut summitatē aristæ capita eorum amputarunt? Et quale tyrannis hisce super terram iudicium? nōne & ipsi in sepulcris honorifice clauduntur, sicut reliqui mortales? & quod amplius, nōne & leuissimo, & maturo mortis genere occubunt. Annon hæc ita habent, ut dixi. Quis hæc uana dixerit, quis mēdacij redarguet? Vera enim sunt.

Iobus in hac oratione in iocunditatem suam descendit, ex eo quod coram iudice causam agere cupiat. Impij enim lucem & iudicium dei formidant. Porro quamuis bene fidat de deo, nihilominus tamen addit se diuinam maiestatem reuereri. Ad hæc in uigesimo quinto capite, contra Elephacem disputat, deum in hoc mundo non iudicare, & ostendit tyrannos maximos nō nunquam felicissime & in magna quiete mori, quos præ omnibus oportebat affligi.

2 Etiam hodie amarum] Excusat hoc uersu, quare tam querulam & amarā orationem proferat, & dicit in causa esse doloris magnitudinem, eo quod manus grauata est super gemitū, id est, manus ac uolentia percussio

flor dei, quæ ipsum affligit, grauata est, & non retrahitur, sed semper ex-
torquet gemitum: Vnde plus est quàm si diceret, manus grauior est gemitu,
ac ciulatu meo. Interim dicens hodie etiam, ostendit amicos consolatio-
nibus suis nihil proficere. Etiam hodie $\alpha\omega\delta\kappa\alpha\iota\upsilon\omega\upsilon$, repetit in posteriore lemi-
stichio. Et pro manu mea, expono, manus quæ me affligit. Græcis iterum, ut se-
re per totum librum diuersa legit dicens, tametsi impietatis eum nō arguam:
 $\alpha\gamma\alpha\delta\alpha\iota\omega\delta\alpha\epsilon\delta\tau\epsilon\iota\kappa\chi\epsilon\iota\rho\delta\sigma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\iota\sigma\mu\upsilon\upsilon$ Etia scio, quod ex manu mea
redargutio mea. Placet sensus, vult enim dicere: scio me ex his quæ facta iudi-
candum, & non ex his quæ uos obijcitis.

3 Utinam scirem & inuenirem] Innocentiam suam defensuras, quia obic-
ta erant ei immiser cordia, iniustitia, & impietas, prouocat ad tribunal dei,
dicens, se certum, quod si illo iudicetur sibi copiose causam suam agere se ab-
soluendum. Utitur autem ambage uerborum hoc loco non superflua: ea enim
indiat desiderij sui uehementiam. Quippe ut uolentiam passus, inquit, nū-
quis sibi indicare posset iudicē, reus omnino fugeret, ipse inquit, neq; hoc si-
cto animo, sed magno desiderio: non enim declinare uult, sed inuenire, & in-
gredi ad præparationem eius, id est, ad solium eius, quod magnifico instructū
ornatu, iudicaturum indiat. Vnde proprietatem Hebraia uocabuli reliqui, R.
Mose exponit locū quē præparauit ut in eo iudicat omnes gētes. $\alpha\gamma\alpha\delta\alpha\iota\omega\delta\alpha\epsilon\delta\tau\epsilon\iota\kappa\chi\epsilon\iota\rho\delta\sigma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\iota\sigma\mu\upsilon\upsilon$
enim Hebræis augustius quiddā signat, quā si simpliāter dicas solū. Proinde
& Chaldeus uertit: Irem usq; ad habitaculum domus sanctificationū eius.

Innocens iudicium
nō expauescit,
sed inquit.

4 Disponerem coram eo] Nō erubescerem inquit, nec pauide loquerer, nec
defutura essent mihi argumenta, sed apte & absq; confusione, sicut male con-
fisci solent, proponerem omnia & copiosis agerem obiectionibus. Reprehensi-
ones hic non sunt redargutiones de iniustitia, sed rationes & coniecturæ cui-
dentiores quas & Philosophi uocant $\epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\omega\upsilon\sigma$. Neq; acere possum eo-
rum sententiæ, qui iterum blasphemie arguunt hanc beati uiri orationem, quā
à mera sanctimonia proficiscatur. Nam si sanctimoniam hominis à fiducia expē-
dimus, qui cum fiducia partim diuinæ misericordiæ, partim bonæ conscientie,
ne simulare putentur, ad aduentum iudicis caput suum alacriter extollunt, ob-
uiam ituri, utiq; sancti sunt.

Reprehensiones

5 Sārem uerba quæ] Græcus legit : γ' volūp δ' ἐ' ἀ' μ' α' τ' α' & ἐ' π' ε' : Sārem autem sanationes quas dicit. Vocat nimirum uerba consolatoria & absolūtia, ἀ' μ' α' τ' α' & ostēdit optimæ spei esse, tametsi Symachus purius nobis hū uerterit ἡ μ' α' τ' α' : Sunt qui fidenter & impauide suam causam agunt, sed ad aliorum obiectiones trepidant. Iam Iobum nec illæ perterrituræ erant, si tranquillo animo considerasset ac expendisset eos.

6 Nunquid in multitudine] Occurrit tāte obijāentibus. Annon temeritas est, audere se potentiſſimi iudicis, ubi de ipsius iusticia agitur, tribunali cōmittere, et respondet se propterea nō sic terreri, ut iudiciū horreat, nihilq; minus se timere, quā ne deus sola sua potētia ipsum opprimat. Habes in uio uersu, Interrogationē Subiectionē & Rationē. Interrogatio est: Nunquid in multitudine roboris cōtenderet mecum? Hoc est num sic opprimit sua potētia, cōtē pro iudicij ordine? Sequitur Subiectio ac responsio. Non, hoc est, absit ut hoc de deo sentiam. Vides non blasphemum Iobum? Subiungitur causa:

Sed uel ueruntamen ipse ponet in me] Vt exponit R. Leni: Per misericordiā suā, ponet in me uirtutē subsistēdi ante maiestātē suā, & psequēdi causam meā. Durior est aliorū uersio, nec ita Hebraicæ ueritati uiana. Vnde haud mirū, si placidū sermonē ac spei plenū, cōtētiōsiorē imperiosiorē ac blasphemū reddāt. Veteres Latini post Hieronymū: Nolo multa fortitudine mecum cōtēdat, & ne magnitudinis mole me premat, proponat æquitatem contra me. Ne oterici: Nunquid multa fortitudine cōtendet mecum? Non sic insurgat contra me, proponat æquam rectitudinem secum. Et alij non multo secus. Chaldeus nobiscum sentit, posterius hemistichium, hoc est, subiectionem cum ratione sic reddens: **לֹא צָרָם הוּא יִשְׁוִי תַגְרָא בִּי** Non ueruntamen ipse ponet saptū in me. Quemadmodum in Esther legimus ei copiam loquēdi factam ubi Persarū rex uirga sapti annuit, sic & hoc loco figurate diuinam clementiam insinuat.

7 Ibi rectus disceptat] Ibi in loco iudicij non formidandum iusto. Datur enim recto ac pio loquendi, defendendi, redarguendiq; copia. Affirmat & pro sententia hoc ponit, non dubitans & postulans. Dicit igitur
quum

quum hac spe iusti fruuntur, utiq; & ego absolucndus essem, liberans animam
 a iudicis potentia. Quid in his dictis impium, uel blasphemum? Quare igitur
 tur aliò rapiuntur? Disceptandi enim uel reprehendendi uerbum, fiduciam Reprehendendi
 magis sonat quàm impatientiam uel sinistram de deo existimationem. Quod uerbū fiduciā ma
 si hoc in Iob uellamus, taxetur etiā quod Iohannes & alij habent dicentes: gis quā impati
 Si cor nostrū nō reprehendit nos fiduciam habemus coram deo. Et quare iu- entiam sonat.
 bet Christus ut attollamus capita nostra ad aduentum suum?

8 Si ad anteriora iero] Dicit aliquot uersibus, quod quā diu uersatur, sup
 terrā hoc se uoto nō potiri, & nō inuenire solū iudicis. Quo dicto obscurius
 indicat, nondū esse tempus iudicij, & sic Eliphacen confutat, quod ex ala=
 mitatibus & prosperitate huius seculi nondum reuelantur opera hominum
 iusta & iniusta. Non diat: si iero in cælum, uel infernum, ibi enim iudicia
 dei relucant, sed quatuor partes orbis nominat, & sic totum mundum intelli=
 git, & nusquam ibi reperit deum iudicem. Describit autem iuxta Arabiæ
 & Palestinæ situm. Ibi enim Oriens anteriora, Occidens posteriora, Septen=
 trio sinistram, Meridies dexteram occupat. Græcis iterum secus legit, &
 magis ad tempora respiciere uidetur, quàm ad angulos orbis, quæ lectio non
 uideo ut cum pietate Iobi constet, nisi sententiam elidat extraneam.

9 Si ad sinistram in opus eius] Septentrionem sinistram ut dixi uocat,
 & ibi opus dei. Vide enim si ab Arabia ad Septentrionem respicias, ter=
 ras populosissimas, utpote Assyriam, Armeniam, Asiā, Græciā, & Euro=
 pæ magnā partem. Quod si in Meridiem inde spectas, multæ solitudines
 Aphricæ & Aethiopie occurrent, proinde ibi occultari deus signanter diat=
 tur, & non operari ut ad Septentrionem. Porro, si iero à cōmuni repe=
 tendum à superiori uersu. Et non diat: Non apprehenditur, ut uertunt,
 sed est וידעו uidebo ab וידעו uidit, non וידעו apprehendit.

10 Quod sciat uiam] Pulchre coheret præcedenti uersui, non uidebo
 illum, id est, non cognoscam illum, quod sciat uiam meam, hoc est, ut iudicem,
 & declaret se approbare uiam meā. Nam aliās uidit, hoc est, cognouit ubiq;
 ut conditorē & deum omnium. Hic autem cōmunis loquendi mos est. Sic do=
 minus ait: Non noui uos qui utiq; impios quos damnat nouit, sed non nouit,
 quos non absoluit, sed condēnat ut alienos à se, Sic & Iob ignorantem deum

diat, & querit ut doceat, non aliam ob causam, quam ut iudicem publicum et non oculum constituit. Sic & de Sodomitis in Genesi diat: Desendit dominus ut uideret ciuitatem ac turrim.

Probat me sicut aurum] Hoc est, ut iudicio dei manifestetur, quod quauis tot tribulationibus, explore ac discatur, propter innocentiam tamen meam sic ut aurum excoctum, purus inueniar, ac declarer.

Dei praecepta ut
amplexanda.

- 11 Gressum eius apprehendit] Intellectus horum uersuum planus est, si superioribus iungatur. Sic enim inueniret iudicem, innotesceret, quam obseruans fuerit praeceptorum dei, quomodo pes eius apprehenderit gressum uel uestigium dei, & non superbiorum huius seculi. Hebraeus diat: Pes apprehendit in uestigium. Nos praepositionem commodius omittimus. Ceterum hic uidere licet, qua religione amplexari debeamus praecepta dei. Primum eliganter, et pes apprehendat uestigium dei. Apud deum enim charitas, misericordia, iustitia, illas uirtutes, etiam si natura quodammodo abhorreat, ut optimas eligamus, non quae ratio uel mundus dicat: & ita apprehendamus, ut rem mordicus retinendam & non derelinquendam. Secundo uiam eius seruare deat, parum alioqui est incespisse, nisi & pergas, & sicut apprehendisti retineas. Tercio inutile erit pergere, si subinde euageris, & deflectas nunc ad dextram, deinde ad sinistram, nunc seuerior contempta aequitate, nunc indulgentior neglecta lege.

- 12 Praeceptum labiorum eius] Quarto perscuerandum, & nec in aduersitate a praeceptis eius recedendum. Quinto facienda sunt haec magnostudio, quali scilicet diligentia alij thesauros seruant, & sui corporis curam gerunt. Praeceptum labiorum eius, quidam putant dici legem Moysi, quam & ipse norit. Alij legem naturae quam nihil prohibet hic accipere: est enim illa a labijs eius, id est a summa ueritate cordibus hominum inscripta. Intellego autem sic per eclipsin uerbi: Praeceptum labiorum eius exijt uel datum est. Et non recessi] Alij repetunt seruauit, praeceptum, alij repetunt: Non declinaui a praepcepto, & sic quidem Hebraei literatores. Iudicet lector: Quia enim initium noni uersus est, eiusmodi repetitio, ubi non est iudicium eiusdem assus, non est admodum elegans.

Plusquam solita mea] Hieronymus Graecum, malum interpretem sequutus dicit:

dicitur in sinu meo, non est enim בְּחִסְרִי in sinu meo sed בְּחִסְרִי à statu
to meo, id est plus quàm mihi statui, & in usum meum quotidie ordinaui, nam
וְעַתָּה etiam morem ac cōsuetudinem significat. Insinuat enim maiorem sibi
eloquiorum dei quæ manifestata sunt, curam esse, quàm cibi corporalis. Hæc
expositio magis quadrat illa Neotericorum, uertentium, ultra quam manda-
tum est. Cessat enim quæstio, quare Iob gloriatur se fecisse plus quàm manda-
tum. Nihil enim ille tale gloriatur.

- 13 Porro ipse in uno] Alteri obiectioni obuiam it, dicentium, quod deum
non timeant, qui iudicium illius non formidant: & respondet, scita confide-
re deo, ut nihilominus timeat, quod etiam superius responderat. Vocatos
in iudicium de nullo non unum respondere posse. Timorē enim hunc cha-
ritas & fiducia nō excludunt, imò timor ille charitatem ornat. Dicere igitur
uult. Quoniam scio deum in uno esse, id est, in una sententia perstare, &
non mutabilem sicut mutatur homo, cui nunc hoc, nunc illud placet, & ut
perstat in sententia sua, omnipotēs est, & quicquid uoluerit, facit: nemo enim
uoluntati eius resistere potest, præterea & ego in manu dei sum, potest me-
cum agere, sicut figulus cum luto, quare igitur non timerem illum. Itaq; in
hoc uersu & sequentibus quinq; Dicit se non alienum à timore dei. Quis
enim non iure timet eum, quem & angeli reuerentur.

Et anima eius desiderat & facit] Id est, quicquid uult facit:
וְאִנְשָׁא דִּלְהָא דִּלְהָא dictum est.

- 14 Quia perficit id quo] Iterum est hic דָּרַךְ solitum meum, & quod
mihi deputatum. Iam hoc uel ad beneficia, uel flagella referri potest, & cer-
tum est de utroq; recte dici, quod id genus multa apud ipsum sint, & dare
fortasse iam olim decreuerit: Vnde prædestinatio eius quoniam immutabi-
lis est, nemo sapiens est qui deum non timent. Respicit enim & Iob ad immu-
tabile propositum dei: proinde lectio illa magis congruit quàm eorum qui le-
gunt. Deus solus est; Nam licet hoc uerū sit, & aliquo modo huc referri que-
at, clarius tamen dicitur deum in uno perdurare, quàm ut obscurari hoc di-
ctum debuerit. Sed hunc uersum. R. Mose iungit superioribus, qui dicunt
Gressum eius apprehendit &c. cō quod deus adiunget ipsum, ut ultra possit
illa facere, & concedat ei ad hoc necessariam gratiam. Et id genus multa

euco] Multa enim magna fecit mihi in formatione animæ, & conseruatione eius, ut ille dicit. R. Abrahā refert ad aduersa: quod magis placet, tametsi quia generale dictum est, de prosperis & aduersis capi potest,

15 Propterea à facie eius] Hæc sciens & considerans non solum terreor, sed etiam formido ac contremisco: Causam metus puta. R. Abra. nō quod Iob sibi timeat à peccatis, sed quod is timor debetur sapientiæ ac maiestati diuinæ. R. Mose uero, ne sit in ipso peccatum per quod affigatur:

16 Et deus molliuit cor] Ne essem absq; timore, deus duriciam meā comolliuit, & me satis admonuit, hisce plagis. Omnipotens enim deus me terret, ut licet nihil mihi conscius sim, nihilominus tamen metuum.

17 Quia non sum excisus] Per hoc me terret, quod tantas calamitates mihi intentauit, quod nō sum excisus, id est, mortuus sum, ante faciem tenebrarum, id est, antequam incidi in has misérias, & quod non caliginem abscondit deus à facie mea, ita ne uiderem eam felix fuisset ante hac ærumnositatem, & tunc forsā habere poteram, utpote non timens deum. Nunc autē sic eruditus in magna fiducia, deum non possum non multum timere.

CAPVT XXIII.

QUARE ab omnipotente non sunt] Et in hoc uersu hallucinantur, tam nostri, quā Hebræi. Hebræi ascribunt Iobo, quod senserit, deum nō curare particulares & mutabiles huius mundi res, & propterea dixerit rogans, quare ab omnipotente nō sūt abscondita tēpora, quasi dicat, uere tēpora, id est, particulares huius mundi causæ à deo negligūtur. Latini ueteres à blasphemia abhorrentes, interrogationem omiserunt, neoterici quidā cum blasphemia eam reddunt. At ego nec interrogatiuā cōmittere, nec blasphemiam hoc loco ascribere san. to ausim, hanc opinor esse mentē. Quare omnipotenti nō sunt abscondita tēpora, id est, Quare deus nunc iudicat sicut nobis amicis meis uidetur. Dicuntur enim deo res esse absconditæ & dicitur longe hinc proficisci, dum nondū iudicat, ut ostendi paulo superius. Hæc expositio magis quadrat. Probat enim deū non esse nunc iudicem, primū quia pij grauiā multa hic serant, impij uero licet flagitiosissimi, suauiter & uiuū & moriuntur.

Abconditi deo.
Deum longius
proficisci.

1 Et nescientes] Hoc est, pij qui deum nouerunt, & toto corde amant, & optime

optime sentientes de deo, nequaquā hoc uidēt & cognoscūt dies suos, hoc est, nondū iudicātur. Sic & Paulus d' ē pro iudicio. Et crebro in Prophetis Prope est dies do. xini, iustos igitur hic nō oportebat affligi, sed quis nō uidet quāta patiantur, quomodo igitur hęc afficiū, id est, iudicat deus

- 2 Terminos apprehendūt] Enumerat nūc & impiorū flagitia aliqua ad quę deus cōnuere uidetur, & sic illos nōdū iudicat, ut subdit. q. lucē ac iudiciū dei illi maxime fugāt. Primum inter crimina est, limitū apprehensio, hoc est alienarū hereditatū occupatio, quę limitibus ac terminis distincta sunt. Qui dā uerterūt, terminos abiciūt, qd prohibitiū, Deut. 19. & 27. sic & Græcus ὁσέβει, δ' ὁσέβει ὁ πρὸς τὸν ἄλλου Impij autē terminū transgressi sunt.

Impiorum crimina.

Tyrānorū gra-
phica descriptio

Gregē rapiunt] Abigei sunt, & pascunt, nihil sibi timentes, & forsā alieno pabulo.

- 3 Asinū pupillorū abigit] Non simpliciter rapiunt, sed rapine addunt magnā immisericordiā, nā & maxime necessaria, & afflictis aufertur. Pupilli enim & uiduę miserales, asini autē inter iumēta uiliora sunt. Et uacca necessarijs usibus seruit, ut illis se miselli alant. iam immisericordiā est, tam necessariā rem in pignus accipere, quā lex ante noctē iubeat restituere, sed maior iniustitia est, in pignus postulare, si nihil debeatur. Hęc crudelitas nō rara hodie est, ut defunctis maritis, pecus præstātissimū uiduę tyrannis præstent, etiam si nullū præter unicā uaccam possideant, etiā illa aufertur, licet, siue pupillis mendicandum, siue pereundem sit.

- 4 Detruferūt pauperes] Accedit immisericordię maximus fastus, nam quū expilent misellos, nequaq̃ bonis & placidis uerbis tractant, ac cōsolantur, sed toruo uultu terrent, & ex itinere quo ipsi ambulāt, incedere non sinunt, tantoq̃ fastu ferociūt, ut illorū aspectū & occursum miseri fugant.

- 5 Ecce onagri in desertū] Aggrauat peccatū asiduitas & studiū, q. in unū hoc incumbūt, & quotidie, primo diluculo prædatū pergūt, sicut onagri pastum uadūt, ita illi prædis inuigilāt, ut se & familiā suā pascant, magno cum luxu, unde & obuiatibus nō parcant. Solitudinē uocat locū, in quo sibi ac suis de cibis spiciūt: amant autē latrones solitudines, in quibus minus deprehēduntur.

studium & asiduitas peccatū aggrauant.

Solitudo.

- 6 In campo pabulum] Non solum se & suos pascunt, sed etiam pecora. Pabula enim afferunt ex alienis agris demetentes ללל proprie migma est ex feno & auena, accipe pro quolibet pabulo. Duo

hic uerba sunt וְרִשְׁוֹן וְרִשְׁוֹן alterū רִשְׁוֹן prius ad messes pertinet, post-
 terius, ad tardiores fructuum collectiōes, utpote ad uindemias & pomilegia ac-
 commodatur, quo indicat illos primos & postremos prouentus rapere. Di-
 cit autem: Vineam impij uindemiant, quod quidam uerterunt: Vineam im-
 pie acquisitam uindemiant. Hebræi autem exponunt, quod impijs tyranni alii
 Lupus lupi alte-
 rius non come-
 dit carnem.
 quando parant, & primum innocentes & bonos depradantur. Vtunturq;
 hac parœmia הוּאֵל לֹא יֹאכַל מִבֶּשֶׂר זֶאֱכָאֵר Lupus non co-
 medet de carne lupi alterius.

7 Nudum pernoctare] Iterum uaria immisericordiæ genera ponit. Ve-
 stare oportebat nudos, illi etiam male uestitos spoliant. Exaggerat hoc, dum
 et nocte non habent, quo se tegant, & in medio frigore, & in magnis pluuijs,
 8 & nec tegmen à scopulis habent sub quibus bestia nonnunquam dehindun-
 tur, sed nudi nudis petris incumbunt.

9 Rapuerunt ab ubere] Vel cogunt matres ad seruicia, nō tantū tēporis à
 labore relaxantes eis ut lactent infantulos, uel ut alij uertunt: rapuerunt
 מִשֵּׁן à uasitate pupillum, id est, ab illis quæ parentes deuastati: eliquerūt
 in hereditatem, uel à uasitate, id est, præ nimia rapacitate, ut sic etiam car-
 dem ob auariciam non solum uiduis, sed etiam mendicis pauperrimis ue-
 stes rapiunt in pignus, & nudos amandant, Similem quoq; crudelitatem ex-
 10 ercent, rapientes manipulum, quam multo labore in spicilegio pauperes fr-
 melici comportarunt. Pignora auferunt, licet nudi abire cogantur, & mani-
 pulos licet inopes fame pereant.

11 Inter arcas ipforum] Est & alia tyrannis, quod pauperes coguntur
 laborare diuitibus sicut Pharaō Israhelitas cogebat, proprio sumptu: Et
 sunt tyranni tam duri illis, ut nec permittant de musto silientes bibere, imò
 nō sinunt ad fontes recurrere, licet oleum eis exprimant in trapetis, quod
 est in arcis eorum שִׁרְרָה dicunt Hebræi. Quam immisericordiā prohi-
 bet lex, nam & os bouis trituantis non est infrenandum.

12 De ciuitate iuri gemunt] Cōplectitur, nūc in summa esse multa alia iniu-
 sticiarū genera, unde iuri in ciuitatibus ingemiscūt, nunc ab usurarijs, nunc
 ab iudicibus iniustis, nūc à tyrannis male uexati. Dicit: Anima occisorū uocife-
 ratur, id est, uox occisorū, uel sanguis occisorū sicut à belis de terra clamat.

Et deus

Et deus non audit orationem illorum, non ponit intelligi in corde, id est, non considerat, hoc est, non iudicat, & fiat perinde ac nesciret.

- 13 Illi sunt inter ofores] Non iudicat illos deus, qui maxime iudicandi, hij enim lucē ac iudiciū fugiūt: Nullus horū tribunal dei requireret, fiat ego. Sūt enim inquit, ofores, uel ut Hebræus dicit rebelles lucis, amatores autem tenebrarum. Timent enim ne opera ipsorum manifestentur. Qui enim male agit ut inquit dominus odit lucem. Quidam lucem exponunt legem, uel deum. Et est Lex quidem Lux, item & deus lux mundi sed in proposito rectius de iudicio intelliges, ut sequentia testibuntur.

Deus. Lex. Iudicium. Lux.

Non agnoscunt uias eius] Intelligo lucis, Latibula magis querunt, quā propatula loca. Ita etiam non sedent in semita eius, scilicet lucis mar. quam is impudentur et gloriose impij sunt, nolunt tamen reprehendi, & hinc est odium mundi in ministros Christi. Iusti autem filij lucis dicuntur, & opera iusta, arma & opera lucis, contra impij filij tenebrarum, & opera mala opera tenebrarum.

- 14 Sub lucem surgit homicida] Aliquot exemplis docet, amatores tenebrarum esse impios & lucem odisse. De homicidis inquit, quod ad lucem surgant, id est, quando oritur lux, prædo occidit, qui nocte contentus fuisset rapina. Surgit ad occidendum. Ideo autem occidit, timet enim ne manifestetur a rapinam passio, & si non esset metus lucis, & iudicij, forsitan non occideret. Fur enim in nocte furatur, & quia se latere putat, & ignotum, non occidit. Vnde & Christus Luce. 22. dicit. Hæc est hora uestra, ludæis se noctu capientibus.

Impij tenebrarū amatores.

- 15 Et oculus adulteri] Vide id ipsum in adultero quare noctem querit, & crepusculum. Nonne & Dauid. Vriā occidit, ut adulterium latere posset. Sic dicit hic. Et in abscondito faciem ponit, hoc est, inuoluit pallio, ne ab alio quo agnoscat.

- 16 Perforat in tenebris] Exemplum & de fure ponit. Is irrumpit in domos noctu, licet die signo quodā notet, ubi noctu insingere per parietes possit. Et subdit.

Nesciunt lucem] Intellige omnes impij, hoc est, non probant, non amant lucem, sed ut sequitur nihil magis detestantur ac abhorrent. Sed pariter diluculum] Tam grauis illis est lux, et manifestatio ipsorum,

00 ut ipsi

ut ipsa mors. Ita execrantur omnes à quibus agnoscuntur & deprehenduntur. Et quomodo illi iudicium requirerent. Imò mox ut produntur fugam incunt, & omnia relinquunt.

- 18 *Leuis est super faciem*] Hoc est, quia timet prodire in lucem, nauigo fugit, & ita leuis est super aquas. Vel ut. R. Mose: est sicut res leuiuala sup aquis quæ cum flumine celeriter defluit.

Maledicetur portio eorum in terra] Id est, à patria sua tanquam maledicta esset fugiunt, uel ut Rabi Abraham: fugiunt per terram desertam, quæ maledicta censetur. Declinant enim à terris frugiferis & fertilibus, & sic quoque non respiciunt ad uiam uincarum, in quibus multi laborant, uel ut alij exponunt festinando, ne proprias quidè uincas olim tā gratas, ut cultæ sint spectant, sed de sola fuga cogitant.

- 19 *Vt terra arida*] Nunc confirmat non esse illis impijs iudicium super terram: nam licet multum peccarint, leuiter tamen & quasi absq; dolore moriuntur. Versum hunc quidam de pœnis infirmi exposuerunt, & propterea impios aiunt, timere iudiciū, quia aliquando ab ardore diuini iudicij perden di sunt, licet diu feliciter agant. Vetus editio habet. Ad nimium calorem trās eunt ab aquis niuium. Ibi de calore & frigore argutur. Porro hoc uult: scit *ארצה* hoc est terra siticulosa, & *חמה* calor solis rapiūt aquas niuis, ut lente transcat, ac euanescat, ita infernus, hoc est, sepulcrū eos qui peccarūt.

- 20 *Obluiscetur eius misericors*] Pro misericors dicit Hebræus *רחם* quod matricē signat, & ad miserationē transfertur, id est uir misericordie uel uxor. Suauius inquit, morietur, quā ut ad misericordiā moueat, & adhuc quasi uegeto corpore uermium esca, & illis dulcis erit. Et sic quidè cessabit iniquitas eius, uel uir iniquitatis, ut lignum putre, quod absq; multa ui cōcidit, nam & impius ille obdormire uidetur.

- 21 *Affligebat sterilem*] Cum admiratione lego hæc, quasi dicat. Nō est mirū, quod tales uiri impij sic occūbunt. Affligebāt uxores suas steriles, non miserabantur uiduis, infidiabantur omnibus, & nullis fidem seruabant, et quæ si iusti fuissent mortui sunt.

- 22 *Et prouehabat fortes*] Eæ hij erant, qui sua potētia quos uolebāt, ad summos honores promouebant, & paulopost iterū deieciēbāt.

Surgebas

Surgebat] Idem impius qui paulo antea benefecerat, insurgit cōtra exaltatū. Et nō credebatur uitā] Id est, ut fortes periclitaretur de uitā, qui beneficia magna acceperāt. Proinde dabāt illi sublimati munera impio, ut saluifant, et liberetur. Atqui ipius ipse nihilominus respiciebat in uias eorū, id est, querebat occasiones occidēdi, nec fidei nec beneficiorū nec fœderis memor.

24 Et exaltati parū] Si contingat impio occasio ad perdendos eos qui exaltatū, mox tollūt & occidūt, ita ut nō ultra cōpareant, & ad pristinā redeāt egestatem, & sicut omnes alij, cū quibus nō inerat fœdus obloqui nō audēt, sed tacentes porrigunt ceruicem, decollanturq; ut aristæ summitates tantaleuitate. Alij uersum hunc exponunt, de ipsis tyrannis, quod post paruam exaltationē imminuātur, & sicut alij homines sepulcro claudatur, & maturo genere mortis ut aristæ maturæ hinc deccdāt. Atq; ob hoc nō potes discernere inter sortem iustorum & impiorū. Quomodo igitur dices hic iudicare deum.

25 Nunquid non ita est] Colligit. Est igitur ut dixi, iam non esse tempus iudicandi, & eadem fors est iustorum & impiorum. Atq; hæc ueriora sunt quā ut redargui possint.

CAPVT XXV.

1 Et respondit Bildadus ille Suhitas, ac dixit.

Disputationis tertiæ. Oratio tertia, Bildadus tertio loquitur.

2 Nunquid dominum & pavor cum eo, qui facit pacem in sublimibus suis.

3 Nunquid numerus expeditis eius, & super quem non surget lux eius.

4 Et quantum iustificaretur homo cum deo, & quantum mundus erit natus fœminæ.

5 En usq; ad lunam non lucebit, & stellæ non erunt mundæ in oculis eius.

Oo 2 Quanto